Ch. Poſtq̄ videt me eius mater hic eſſe diutius
Simul autem nō manebat etas virginis. meam
Negligentiā ipſam cū omni familia ad me ꝓfectā
Eſſe aiebant. De. quid illic tādiu queſo igitur
Cōmorabere vbi id audieras: Ch. pol me detinuit
Morbus. De. vn̄ aut q̄: Ch. rogas: ſenect⁹ ipſa eſt
Morb⁹ ſꝫ vēiſſe eas ſaluas audiui ex nauta q̇ illas
Vexerat. Ch. q̇d nato obtigerit me abſēte chremes
Audiſtin: De. qd̄ quidē me factum cōſilij incertū
Facit. nam hanc cōditionē ſi cui tulero extraneo
Quo pacto aut vnde mihi ſit dicundū ordine eſt.
Te mihi eſſe fidelē eq̄ atqꝫ egomet ſuꝫ mihi ſciebā.
Ille ſi me alien⁹ affinē volet tacebit ħ dū intercedet
Familiaritas ſin ſpreuit me pluſq̄ op⁹ ē ſcito ſciet.
Vereorqꝫ ne vxor aliq̄ cā hec reſciſcat mea qd̄ ſi fiet
Et vt me excutiā atqꝫ egrediar domo. id reſtat.
Nam ego meorꝫ ſolus ſum meus. De. ſcio ita eſſe.

Quid: q̄ ꝓfect⁹ cā h. d. narrato ſimplex Senect⁹ ipſam eſt morbus. Apollodorus

Hanc cōditionē ſi cui tulero: q꞉ ꝑ cōditiōem alicui dicimus. Te mihi fidelē eſſe eq̄: mire admixtū ante cōpletā ſniam de extraneo te mihi fidelē eſſe ⁊ cetera. Tacebit dū intercedet fa. icertū qn̄ ꝓditū i ſe dicat: ante aut p⁹ nuptias. Ut me excutiā legit̄ ⁊ ex

cutiat. Meoꝝ ſolus ſum meus: Apollodo. Quod
Virgilius pollicitus ſum eff. Virgilius. Donec me flumine viuo abluero. Veni ad hominē: venuſte
repetitū hominem. Hunc adorier hoſpitē de eo qui ſuperuenit: nomen actum imprudenti
Saluſti9 rerum atq; alieno ab earum ſcientia. Saluſtius, Vitam ſicuti peregrinantes tranſige-
re: ⁊ cetera.

Expecto
q̄ mox
recipiat
ſe Geta. ad
errorē cumu
landū pſona
Demiphōis
interponitur
atq; ei abdu
cto metu ad-
mittēdū vxo
ris maior viſ
fiat repētine
Volupe leticie. Volu
pe eſt: h̄ vo-
luptatis no-
men eſt vt h̄
facultatis ſic
enī veteres p
apocopē lo-
quebant̄. Cō
Cōpluria pluria: ſcd̄m
regulā locu-
tus eſt. nam
hoc cōplure:
et hec cōplu
ria: ſic vete-
res qd̄ noſtri
dēpta ſylla-
ba cōplura
dicūt: ſic di-
Cato cendo. Cato
originū: va-
ria nec loco
Cicero cōpluria. Ci
ce. i ptagora
Cōfirmāda ſ
gn̄a ꝯpluria
Credo q2 ve
teres h̄ plure
nō h̄ plus di
cebāt. Cōmo
dū: cōmoda
eſtimatio eſt
temporis: cō

Et iō iſtec mihi rēs ſollicitudini eſt: neq; defeciſcar
Ego vnq̄ adeo experirier donec tibi id qd̄ pollici-
¶Geta. tus ſum effecero.
Ho hominē callidiorem vidi neminem: q̄
Phormionē: veni ad hominē vt dicerem
Argento opus eſſe. ⁊ id quo pacto fieret vix
Dimidiū dixeram dū intellexerat. gaudebat. me
Laudabat: q̄rebat ſenē. dijs grās agebat: tp̄s ſibi
Dari vbi phedrie ſeſe oſtēderet: nihilominus
Amicū eſſe q̄ antiphoni hominem ad forum
Juſſi operiri eo me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum. quis eſt vlterior: atat phedrie [
Pater venit ſed quid pertimui autē belua.
An q2 quos fallam p̄ vno duo ſunt mihi dati
Cōmodius eſſe opinor duplici ſpe vtier petā hinc
Unde primo inſtitui. ſi dat ſat eſt. ſi ab hoc nihil
Fiet tamen hunc adoriar hoſpitem.
¶Antipho. Geta. Dempho. Chremes.
Expecto q̄ mox recipiat ſe geta. ſed patruū
Video cū patre aſtantem. hei mihi q̄ timeo
Aduentum huius quo impellat patrem.
Ge. Adibo hoſce o noſter chremes. Ch. ſalue geta
Ge. Uenire ſaluū volupe ē. Ch. credo. Ge. q̄d agit̄
Ch. Multa aduenienti vt fit noua hic cōpluria.
Ge. Jta d̄ antiphone audiſtin q̄ facta ſūt: Ch. oīa:
Ge. Tum dixeras huius facinus indignū chremes
Sic circumiri. De. id cū hoc agebam cōmodum
Ge. Nā hercle ego quoq; id mecū agitās ſedulo
Jnueni vt opinor remediū huic rei. De. quid geta
Quod remediū: Ge. vbi abij abs te fit forte obuiā

modū tm̄ qͦ Lucillius. Quod mihi cōmodū eſt: aut vdaveſtimēta repoſuerā. Is qui iſtā Apoſiopeſis tertia: deeſt obtruſit nobis aut defendit aut q̄d tale. Fugitans litiū: genitiuo caſu vim noīs hz fugitans: iunctū accuſatiuo vi pticipij. Fugitās litiū: q̄ſi qͦ vult in dn̄o facere id iam in eo eſſe dicit p̄parās hoīem ad cōtēptū pecunie que poſcet̄ ſtatim. Dari tibi in manū. datur ei qui ſepatim accipit ſine arbitrio aut interp̄te: vt p̄uaricator aut iudex

Mi phormio: de. q̄d phormio: ge. is q̄ iſtā. de. ſcio.
Ge. viſuz eſt mihi vt eius temptarē ſn̄iam prendo
Hoīem ſolū cur nō inq̄ phormio vides inter nos
Si hec poti⁹ cuz bona vt cponāt̄ grā q̄ cum mala
Herus liberalis ē fugitās litiū. nā ceteri q̄dē hercle
Amici oms mō vno ore auctores fuere vt p̄cipitez
Hāc daret. An. q̄d hic ceptat aut quo euadet hodie
Ge. an legib⁹ latuz penas dices ſi illā eiecerit iam
Id exploratū ē. Eia ſu dabis ſatis. ſi cū illo īceptas
Hoīe ea eloquētia ē. vez pone eū eē victū at tandē
Tamen non capitis eius res agitur ſed pecunie
Poſtq̄ hoīez his v̄bis ſētio mollirier. ſoli ſum⁹ nūc
Hic inq̄ eo dic q̄d velis dari tibi in manū vt herus
His deſiſtat litib⁹ hec hic faceſſat tu moleſt⁹ ne ſies
An. Satin illi dij ſunt ppitij: ge. nā ſat ſcio ſi aliq̄
Partez eq̄ boniq3 dixeris. vt ē ille vir bon⁹ tria non
Cōmutabitis verba hodie inter vos. De. quis te
Iſtec iuſſit loq̄. ge. īmo nō potuit meli⁹ puenirier
Eo quo nos volum⁹. An. occidi. ch. pge loq̄. ge. at
Primo hō inſaniebat. ch. cedo q̄d poſtulat: ge. q̄d
Nimiū. q̄tū libuit. Ch. Dic. ge. ſi q̄s daret talentū
Magnū. de. imo malū hercle vt nihil pudet. ge. qͦd
Dixit adeo ei q̄ſo. ge. q̄d ſi filiā ſuā vnicā locarz. pui
Retulit nō ſuſcepiſſe iuēta ē q̄ dotē petat vt ad pauca
Redeam ac mittā illi⁹ ineptias hec deniq3 ei⁹ fuit
Poſtremo ratio. ego iā inq̄t a principio aiei filiā ita
Ut equū fuerat volui vxorē ducere. nā mihi veiebat
In mētē ei⁹ icōmodū i ſ̄uitute paupez ad ditē dari

corrupt⁹. hec hic faceſſat: p hic ſe faciat. i. abeat vt hic ſe faciat huc accedat ſigificat. hec hic faceſſat: p cedat alias faciat g̃ duas res ſigificat h̄ vnū verbū. an hic faceſſat puerbialiter q̄ſi hic faciat. Plaut⁹. Argētū hic facite. huc te fac dicit̄. pro huc accede. Aliā p̄tē ⁊ ſi nō totū vel aliquā ptem. verba hodie inter nos: ſic dicebant iurgiū ſignificātes ppē v̄ba cōmutari eſt qͦ altercari dicim⁹. Quid nimiū: q̄tum cūq3 apō q̄ſdā diuerſe pſone cū v̄bis ſinglis. Par ui retulit: nihil īterfuit vl̄ paz īterfuit. id eſt nihil pfuit. Non ſuſcepiſſe inuēta eſt que. d. p. in greca fabula ſenex

Plautus

hoc dixit quod intereſt me non ſuſcepiſſe filiam: modo dos dabitur aliene.

Sed mihi.Parentheſis prima.Sed mihi opus eſt:inditio doli eſt.naȝ ante ꝙ petat pe
tendi cauſaȝ ingerit.Que affert. qui diſſoluerē.q: ſi opū cā habēdaꝝ dotatā q̄reret:minor
eſſet neceſſitas captāda cū opulentioris eo alienū addidit vix ei nihil opponi pōt.Ab hac
accipio que ſpōſa:ꝛ mire accipio:non accepturus ſuȝ:ꝛ definitū mō poni ne de ſumma do
tis ſupſit diſputatio.Utrū ſtulticia facere.Parelcon tertiū.hec idem eñ valet vtrū qđ an,

Dicā ſcientē
ac.i.Antithe
ton ſecundū
naȝ ſcīēti im
prudētē red-
dit. Quid ſi
aīam debet:
grecū ꝓuer-
biuȝ ſpreuit:

Sed mihi opus erat vt aperte,tibi nunc fabuler:
Aliquantulum que affert qui diſſoluerem
Que debeo:ꝛ etiam nunc ſi vult demipho
Dare quātum ab hac accipio que ſponſa eſt mihi.
Nullaȝ mihi malim ꝙ iſtam vxorem dari
An.Utrū ſtulticia facere ego hūc:an malicia dicaȝ
Prudentē an inſcientē incertus ſuȝ.De.q̄d ſi aīam
Debet.Ge.ager oppoſit⁹ ē pignori ob decē minas
Inq̄d.De.age age.iam ducat dabo.ch.edicule iteȝ
Sunt ob decē alias:de.hui nimiū eſt.ch. ne clama
Petito haſce a me deceȝ.Ge.vxori emēda ancillula
Eſt.tū aūt pluſcula ſuppellectile opus eſt.opus eſt
Sumptu ad nuptias.his reb⁹ pone ſane inq̄t decē
De.Sexcētas ꝓinde poti⁹ ſcribito iam mihi dicas
Nihil do:īpuratus ne ille vt etiā irrideat.Ch. q̄ſo
Ego dabo q̄eſce:tu modo filius fac vt illam ducat
Nos quā volum⁹.an.hei mihi geta occidiſti me tuiſ
ffallacijs.Ch.mea cā eijcit me hoc ē equū amittere
Ge. Quātū potes me certiorē inq̄t face ſi illā dant
Hāc vt omittā ne incert⁹ ſiem.nā illi mihi dotē iam
Cōſtituerāt dare.ch.iā accipiat.illis r̄pudiū r̄nūciet
Hanc ducet.De.que quidē illi res vortat male.

Ager oppo-
ſitus eſt pig-
nori.x. mīas
aſtute non ꝑ
tin⁹.xxx. mi-
nas dixit ſed
paulatim col
ligit vt ptib⁹
congeſtis in
ſūma ſenex
min⁹ grauet
nam ſi ſemel
diceret deter
reret parciſſi
mū ſenē. de-
niq̄ȝ addidit
deceȝ minis
ſtatim r̄ndet
dabo ꝯcedū
tur ab alio đ
reliquiſ decē
minis ſupeſt
dubitatō nō
difficilis ad
dādū. Sūp
tu ad nuptias:opus eſt ſubaudit.Sane inq̄t decē minas:bene ſa ne q̄ſi q̄dē plus exigat:ſȝ
cōtētus ſit.Ducētas ꝓinde poti⁹ ſcribito.m.i.d. ꝓſpicere hinc licȝ ꝯſuetudinē vtriuſq̄ȝ ſer
monis.nā appollodor⁹.d.c.dixit ꝑ mltis.ꝛvt apđ grecos.c.ita apđ nos.d.c.dicere ꝑ multi
Cicero] vſitatū eſt.Cicero.Sexcēta poſſuȝ decreta ꝓferre. Mea cā eijcit:me hoc ē equū amittere
ratio cur ipſe vigīti dare dēat mīas dāte demiphōe decē.Quātū potes me certiorē: feſtinat
Geta.ſcit ei dixiſſe lenonē:mea lege vtar vt potior ſit q̄ prior ad dandū eſt. Que q̄dē res il
li vortat male:nō deſinit poeta oñdere auariciā Demiphonis q̄ nec iđ libēter fert dari ali-
Uirgili⁹ q̄d Phormioni: q: ſic ꝯmodū rei eſt.Uirg.Uos illi qđ nec bñ vertat mittim⁹ hedos.Me-
cū argētū attuli.Comicū argētū p̄ſto:ꝛ cā addit:cur p̄ſto ꝛ vñ ſit ſimul iracūdie vxoris et

ſurgio preparatur locus.Fructuʒ quē lemni:ꝛ Lēni ꝛ lēno legitur.Reddūt predia: ſchema Ephexegeſis.Id ſumam:nō fructū ſed argentū.Id ſumam:impēdā.vnde ꝛ ſumptus dictus.Vxori tibi opus eſſe dixero:bene eſſe non fuiſſe ne iam repetendū videretur opus eſſe dixero adiunctum pro pronunciatiuo.vt in Eunucho.Perculeris iam tu me.

Ch.Opportune adeo huc mecum argentum
Attuli:fructū quē lemni vxoris reddunt predia
Id ſumam vxori:tibi eſſe opus dixero.

Antipho Adoleſcens:Geta Seruus.
GEta.Ge.hem.An.q̄d egiſti:ge.emunxi
Argēto ſenes.an.ſatiſ ē id:ge.neſcio hercle
Tantū iuſſus ſum.An.eho verberato aliud mihi
Reſpōdes ac rogo.ge.q̄d ergo narras:an.q̄d ergo
Narrem opa tua ad reſtim mihi quidē res rediit
Planiſſime.vt te equidē oēs dii deeqꝫ ſuperi inferi
Malis exēplis pdāt hē ſi q̄d vel q̄n huic mādes qͦd
Recte curatū velis qui te ad ſcopuluʒ e tranquillo
Auferat q̄d min⁹ vtile fuit q̄ hoc vlcus tāgere:aut
Noiare vxorē iniecta ē ſpes patri poſſe illā extrudi
Nunc cedo porro phormio doteʒ ſi accipiet vxor
Ducēda ē domū.q̄d fiet:Ge.nō ei ducet.An.noui
Ceterū quū argentū repetēt noſtra cā ſcʒ in neruū
Poti⁹ ibit.ge.nihil ē ātipho q̄n male narrādo poſſit
Deprauarier tu id qͦd boni eſt excerpis dicis quod
Mali eſt.audi nunc cōtra iam ſi argentuʒ accepit
Phormio ducēda eſt vxor vt ais cōcedo tibi ſpaciū
Quidē tādē apparādis nuptiis vocādi.ſacrificādi
Dabitur paululum.interea amici qͦd polliciti ſunt
Dabunt argentū.id de iſtis reddet.An.q̄obrē aut
Quid dicet.Ge.Rogas:qͦd res poſt illa monſtra
Euenerunt mihi.introiit in edes ater alien⁹ canis
Anguis per impluuium decidit de tegulis.

Munxi argēto ſenes. Mire cuʒ econtrario dicatur emūctus hō elegās et facetus: vt Horatius de Lucilio: facetus emūcte naris inquit. Satis ne id eſt:hoc eſt id ne tibi videt̄ ſatis eſſe ad miſerias meas q̄ſi inimico diceret:vt dicer̄ ſolem⁹ aut bene hʒ nūc autē feciſti certe qͦd voluiſti.ideo autē ſub ambiguo locut⁹ eſt:vt nequaq̄ poſſet alit̄ interp̄tari a geta:q̄ ide neſcio hercle totuʒ iuſſus ſuʒ. Satin.i.recte ē. Vlcus tāgere tangere puerbiale non ironicoſ dixit. In neruū poti⁹ ibit decipiet:a puerbio tracto a ſagitta

Horatius

riis:cū vis cognatuſqꝫ tendētis arcū nō in volatū teli ſed in ruptionē nerui expent̄. Tu id qͦd bonū ē excerpis:hōeſte excerpis dixit:ꝛ attēde queādmodū dicat excerpi bona q̄b⁹ nō vtat̄. Ante brumā:arte irriſit hoies Terēti⁹:q̄b⁹ religio ſit aggredi negociū aliqͦd diebus

excreſcentibus. Gallina cecinit: obſtetricũ eſt in qua domo gallina canat. Supſtitẽ: mari
Ariolus to eſſe vxorẽ. Interdixit ariolus: ariolus eſt q̄ diuina mente vaticinat̃: dictus ariolus q̄ſi fa
riolus: a faris ⁊ a fando. h. eñ pro. f. ⁊ item. f. pro. h. in multis locutionib⁹ mutabant̃: an ad
halando. nã halitu ſolẽt excludere: velut mortalẽ aĩaʒ vt diuinã recipiat: vñ ⁊ vocẽ eiuſmõi
dabãt que eſt oe: qd̄ oe ſonũ exhalandi vim p̄ſtat: An te brumã: anteq̄ dies decreſcere inci
Aruſpex piant. Aruſ-
per vetuit: a-
ruſpex ab a-
ruga noiat̃.
nam oruga
dicit̃ hoſtia
ab hara in q̄
ↄcludit̃ ⁊ ſer
uat̃. ara aũt i
qua pecora
includuntur
Plautus Plaut⁹. Ru-
ſticus hyrcuſ
ara moſtella
ria. fient me
vide: reſpice
id eſt vultus
mei fiduciaʒ
gere nõ alit̃
latini ſiq̄deʒ
q: nullũ peri
culũ eſt. Me
vide: q: in iu
re ſuã ꝓmit-
tis: ⁊ ĩterpo-
nit fideʒ: qd̄
nos dicimuſ
me hẽs me
vides r̃ſpice.

Quiet⁹ eſto in q̄ cu-
rabo. Quiet⁹
id eſt ſecuruſ
ab eo qd̄ pre
cedit id qd̄
ſeq̃t̃. Ut cau
tus vbi nihil opus eſt: conſulit inquit quẽdamodũ detur: vt oĩno dare non debuerit ſiqui-
dem argentuʒ Phedrie ſub nomine Phormionis. Dum libido eadem hec manet: bene li
bidinem poſuit pro volũtate homĩs incerti ac leuis. Nos forſitan eijciat: mulierem. ſcʒ an
vere nos id eſt negocium noſtrum ⁊ conditionem. Rem ipſam putaſti pro deputaſti mo-
do. Quid tua malum. id refert interiectio: ordo quid tua id refert. Magni Demipho: no-
ta reſponſum cõtra quid refert: non ad quid relatum: et quere quomodo dicatur. Quid
mea: aut quid tua: an deeſt ad: vt ſit aut ad mea aut ad tua. Reperire illas: filiũ ⁊ vxorem.

Gallina cecinit: interdixit ariolus: aruſpex vetuit
Ante brumã aliq̄d noui negocij incipe: que cauſa ẽ
Juſtiſſima. hec fiet. An. vt nõ fiant. Ge. fient: me
Uide. pater exijt: abi: dic eſſe argentuʒ phedrie.

Demipho: Geta: Chremes.

Quietus eſto inq̄: ego curabo ne q̄d iſti verboꝝ
Diũt. hoc temere nunq̄ amittã: ego a me qui
Mihi teſtes adhibeã cũ dem ⁊ q̄obrẽ cõmẽorabo
Ge. vt caut⁹ ẽ vbi nihil op⁹ ẽ: ch. atq̄ ita op⁹ fcõ ẽ: ⁊
Matura dũ libido eadẽ hec manet. nã ſi altera illa
Magis iſtabit forte nos reijciat. ge. rẽ ipſã putaſti
De. Dũc me ad eũ ergo. ge. nõ moror. Ch. vbi huc
Uegeris trãſito ad vxorẽ meã vt ↄueniat hãc pusq̄ hic
Abeat dicat eã dar̃ nos phormioni nuptũ ne ſuccẽſeat
Et magis eẽ illũ idoneũ q̄n ipſi ſit familiarior nos
Noſtro officio nihil egreſſos. q̄tũ is voluerit datũ
Eſſe dotis. De. q̄d tua malũ id refert: Ch. magni
Deipho. de. nõ ſat tuũ ẽ officiũ feciſſe id ſi nõ fama
Approbat. Ch. volo ipſi⁹ quoq̄ voluntate hec fieri
Ne ſe eiectã p̄dicet. De. idẽ ego iſtuc facere poſſuʒ.
Ch. Mulier mulieri magis congruit. De. rogabo
Ch. Ubi ego nunc illas reperire poſſim cogito.

Sophrona: Chremes.

Audio violenter quod greci dicũt Nam que hec anus eſt: vt Quis te iuuenũ cõfidentiſſime noſtras. Sed figura hec apta cõmotis eſt aliqua re noua A fratre: ꝓ a domo fratris vt iam ꝓximus ardet Ucalegon. Egeſtas me ĩpulit: venialis ſtatus. Interea vita vt ĩ tuto foret: cõpẽſatiua qualitas. Niſi me animus fallit: nã viſa vel corꝑis vel animi ſunt: h̃ eſt rõnis vel ſenſus. Meũ nomẽ. mire ſuũ nomẽ ille agnoſcit: illa diſſimulat. Paululũ iſtorſuꝫ nũc paululũ aduerbiũ eſt alias nomẽ. Quẽ ſemꝑ te eſſe dictitaſti eſſe ꝓ noĩari ãtiquoꝝ more dixit. Concluſam h̃ habeo vxorẽ ſeuã: illaturus ſeuam bene ꝯcluſam ꝓtulit: vt ſi diceret ferã. Effutiretis: eloq̃remini: euacuaretis: manaretis: ab eo qđ eſt effundo: trãſlatio eſt a vaſe futili noĩe: qđ patulo ore fundo acuto ĩſtabile nihil ꝑ ſe ꝯtinet: ⁊ effutit̃ dr̃ eiꝰmodi: vt nihil ĩtra ſe ꝯtineat: ⁊ ſemꝑ ĩanis ſit. Ex egritudĩe: infirmitate: ac morbo. Ex egritudine mors cõſecuta eſt: bñ moderatus eſt: vt neq̃ nimis egre ferat neq̃ rurſum et hẽc eſt economia: ne in eadẽ vrbe due vxores plus mali ex ſollicitudine afferãt Chremeti: q̃ ex alterius morte triſticie: neq̃ ĩ comedia pñt nimis mi

Quid agã: quẽ amicũ mihi inueniã miſera aut cui
Cõſilia hec referã: aut vnde auxiliũ mihi petã:
Nã vereor hera ne ob meũ ſuaſũ ĩdigne ĩiuria afficiat̃
Ita p̃rẽ adoleſcẽtis fctã hec tollerar̃ audio violẽt̃
Ch. Quenã ẽ hec anꝰ exaĩata a f̃re q̃ egreſſa ẽ mõ:
So. Qđ vt facerẽ egeſtas ĩpulit me cũſſcarẽ ĩfirmas
Nuptias haſce eſſe: vt h̃ ꝯſulerẽ iterea vita vt ĩ tuto
Foret. Ch. certe adepol: niſi me animus fallit: aut
Parꝝ ꝑſpiciunt oculi mee nutricẽ gnate video.
So. Neq̃ ille inueſtigat̃. Ch. q̃d agã: So. qui eſt
Eiꝰ p̃r: Ch. adeon an maneo: dũ ea loquit̃ magis
Cognoſco. So. qđ ſi eũ nũc reꝑire poſſim nihil eſt
Qđ vereor. Ch. ea ẽ ipſa: eloq̃r. So. q̃s hic loquit̃:
Ch. Sophrõa. So. ⁊ meũ nomẽ q̃s noĩat. ch. r̃ſpice
Ad me: So. dij obſecro vos: eſt ne h̃ ſtilpho: Ch. nõ
So. negas: Ch. ꝯcede hic a foribꝰ paululũ iſtorſum
Sodes ſophrõa ne me: iſtoc pꝰ hac noĩe appellaſſeſ
So. q̃d nõ obſecro is es quẽ ſemꝑ te eẽ dixti: Ch. ẽ
So. q̃d has metuis fores: Ch. ꝯcluſaꝫ h̃ hẽo vxorẽ
Seuã: veꝝ iſtoc đ noĩe eo ꝑꝑerã oli dixi: ne vos forte
Impudẽteſ foris effutiretiſ atq̃ id porro aliq̃ vxor
Mea reſciſſeret. So. hem iſtoc pol nos te h̃ iuenire
Miſe nũq̃ potuimꝰ. Ch. eho. dic mihi q̃d tibi rei ẽ
Cũ familia hac vñ exis aut vbi ille ſũt: So. miſerã
Me. Ch. hẽ q̃d eſt: viuũt ne: So. viuit gnata. mr̃eꝫ
Ipſam ex egritudĩe miſerã mors cõſecuta eſt. Ch.
Male factũ. So. ego aũt q̃ eſſem anus deſta egẽs.
Ignota vt potui nuptũ virginem collocaui huic
Adoleſcenti haꝝ q̇ eſt ediũ dñs. Ch. antiphoni ne

Effutire

ſerabiles mores eſſe: ne res in tragediã tranſeat. Deſerta: egens: ignota: ſingula ꝓnunciãda ſunt argumẽta. hec eñi ad venialẽ ſtatũ ꝑferunt. Cõpoſito factũ eſt: ſic veteres nos ex cõpoſito: vt cõpoſito rumpit vocẽ: ⁊ me deſtinat are. Que nõ audeas optare: ꝓ que nõ audeat q̃s: vt facile ꝓ eunucho ꝓbes. Offendi aduenięs ꝓ quũ aduenilſez: vt ipſe nemus linquẽs patruũ ſaltuſq3. q: lingua latina deficit hac declinatiõe. Hec ſola fecit: ſi h̄ legerimus Antiphonẽ itelligimus: ſi h̄ Sophronã. Sz ꝑ deos: adiurationis gen⁹ ẽ. Ita fugias: ꝓuerbiũ ira fugito. Ne p̃ter caſam: h̄ ẽ ne p̃termittas caſaʒ tuã q̃ ſit tibi tutiſſimũ receptaculũ: aut ita fugias ne p̃ter caſã vbi cuſtodiri magis: ⁊ ꝓhendi fur ⁊ mulctari v̄berib⁹ põt aut v̄bũ erat furẽ exagitãtis: ⁊ interea ꝓuidẽtis: ne añ caſam trãſeat: ne i p̃tereũdo etiã inde aliq̃d rapiat. Querit de ſe ſenex: q̃ dũ auari iſã miã fugerat ſtulti rephenſionem incidiſſet. Dũ aliquid vetuſte mõ vt h̄ cõſilio poſſit diſcedi: vt iſtã ducat: ne peniteat domi nũ pecuniaʒ dediſſe errorẽ ſuus ĩiecit

Inquã. So. hẽ iſti ipſi. Ch. q̃d duas ne vxores is hʒ
So. Haud obſecro. vnã q̃dẽ ille hãc ſolã. Ch. q̃d illa
Altera q̃ dr̄ cognata: So. hec ergo eſt. Ch. q̃d ais:
So. Cõpoſito factũ eſt quo hanc amãs hr̄e poſſet
Sine dote. Ch. dij vrãʒ fidẽ quã ſepe forte temere
Eueniũt que nõ audeas optare: offendi adueniẽs
Qui quũ volebam atq3 vt volebã collocatã filiã qd
Nos ambo ope maxio dabam⁹ opam vt fieret: ſine
Noſtra cura maxia: ſua cura hec ſola fecit. So. nũq̃d
Opus facto eſt: vide pr̄ adoleſcẽtis venit eũq3 aio
Iniquo oppido fere aiũt. Ch. nihil pericli eſt. ſz ꝑ
Deos atq3 hoĩes meã hãc eſſe caue reſciſcat quiſq̃
So. Nẽo ex me ſcibit. Ch. ſeq̃re me. int⁹ cet̃a audies

Demipho: Senex: Geta: Seruus.

Noſtrapte c̃lpa facim⁹: vt malos expediat eẽ:
Dũ dici nimiũ nos bonos ſtudemus et
Benignos ita fugias ne p̃ter caſam qd aiũt: nõne
Id ſatis erat accipe ab illo iiuriã: etiã argẽtũ ẽ vltro
Obiectũ vt ſit q̃ viuat: dũ aliq̃d aliud flagitij ꝯficiat
Ge. Planiſſime. De. his nũc p̃miũ ẽ q̃ recta praua
Faciũt. Ge. veriſſime. De. vt ſtultiſſime quidẽ illi rẽ
Geſſim⁹. Ge. mõ vt hoc ꝯſilio poſſit diſcedi: vt iſtã
Ducat. D. etiã id ne dubiũ ẽ: G. haud ſcio hercle vt
Hõ eſt an mutet aim: De. hẽ mutet aim. Ge. neſcio
Verũ ſi forte dico. De. ita faciã vt frater cẽſuit vxorẽ
Ei⁹ huc adducã cũ iſta vt loq̃t. geta abi: ꝓnũcia hãc
Venturã. Ge. argẽtũ inuentũ eſt phedrie. de iurgio
Silet. ꝓuiſum eſt: ne in p̃ntia hec hinc abeat. q̃d nũc
Porro: q̃d fiet: i eodẽ luto heſitas vorſurã ſolues.
Ge. p̃ſens qd fuerat malũ i diẽ abijt: plage creſcũt:

Niſi pſpicis nūc hic domū ibo ac phaniū edocebo
Ne q̇d vereatur phormionē aut eius orationem.

Demipho: Nauſiſtrata: Chremes

Gedū vt ſoles nauſiſtrata fac illa vt placet
Nobis vt ſua volūtate qđ ē faciundū faciat
Na. faciā. de. piter nūc opa tua me adiuues
Ac dudū re opitulata es. na. Factū volo at pol min⁹
Que o viri clpa q̄ me dignū ē: D. q̇d aūt: na. q2 pol
Mei patris bn̄ pta indiligenter tutat̄. nam ex his
Predijs talēta argēti bina ſtati capiebat. hē viro vir
Quid pſtat. De. bina q̄ſo. Na. ac de reb⁹ vilioribus
Multo tamen duo talenta. De. hui. Na. q̇d hec tibi
Videntur: De. ſcʒ. Na. viruʒ me natam vellem
Ego oñderē De. certo ſcio. Na. quo pacto: De. pce
Sod eſ vt poſſiſ cū illa ne te adoleſcēſ mlier d̄fatigʒ
Na. Faciā vt iubes. ſed meū viꝝ abs te exire video
Ch. hē deipho iā illi datū ē argētuʒ. de. curaui ilico
Ch. Nollē datū. ſʒ video vxorē pene pl⁹ q̄ ſat erat
De. cur noleſ chrēe: ch. iā recte. de. q̇d tū ꝛ q̇d locut⁹
Cū iſta es. q̄obrē hāc ducim⁹. ch. trāſegi. de. q̇d ait
Tandē. ch. abduci nō pōt. de q̇d. non pōt. Ch. quia
Vterq; vtriq; eſt cordi. de. q̇d iſtuc nr̄a. ch. magni.
Preterea cognatā cōperi eſſe nobis. de. q̇d deliras
Ch. Sic erit nō temere dico reddi mecū i meōriaʒ
De. ſatin ſan⁹ es: na. haud obſecro caue i cognatā
Pecces. de. nō eſt. Ch. ne nega patris nomē aliud
Dictū ē. hoc tu erraſti. de. nō norat patrē. ch. norat
De. Cur alid̄ dixit: ch. nūq̄ ne hodie ↄcedes mihi
Neʒ itelligeſ. de. ſi tu nihil narraſ. ch. pgiſ. na. miror
Quid hoc ē: de. eq̇dē hercle neſcio. ch. vi ſcire: at ita
Me ſeruet iupiter vt ppior illi q̄ ego ſū ac tu nēo ē
De. dij vr̄aʒ fidē eam⁹ ad ipaʒ vna oēs nos āt ſcire
Aut neſcire h⁹ volo. ch. ah. de. q̇d ē: ch. ita ne puā
Mihi fidē apđ te. de. vin me hoc credere: vin ſatis
Queſituʒ mihi iſtuc eſſe: age fiat q̇d illa filia amici
Noſtri q̇d futuꝝ eſt: ch. recte. de. hāc igit̄ mittim⁹

Vorſurā ſolues: vorſurā facere dicit̄ q̇ es alienū ex ere alieno ſoluat dicit̄ etiā vorſuram facere cum minore fenore acceptā quiſ pecuniā maiorem occupat. Maluʒ in diem.

Vorſuraʒ facere.

plage creſcūt

De. duʒ vt ſoles Nauſiſtrata diuitiſ vxoris d̄ marito licentius conquerētis. hec allocutio eſt cuʒ diſpoſitione futuroꝝ turbaruʒ Ac dudū re opitulata eſt: ſupra em̄ dixerat Chremeſ id ſumā vxori tibi opus eſſe dixe: o. Statim capiebā ſtatim ppetuo eq̄lit̄ ꝛ q̄ſi vno ſtatu. Plautus: Ita ſtatī ſtāt ſigna. Vin ſatis q̄ſitū: h̄ totū p vna pſona quidaʒ legunt

Plautus

filia amici noſtri h̄ē tua Cōmodius eſſe in om̄s t

circa illū qui
duxit: ⁊ circa
illaꝫ q̄ ducta
eſt ⁊ circa te
ſocer. Perli-
beral' viſa cū
vidi mihi or
doē pliberal'
viſa ē mihi.
Letus ſuꝫ
Anti-
phois
pſona ē: Pa-
rare in aīo ve
nuſte additū
ē aīo. Enni'
Enni' in ſexto. Sꝫ
q̄d ego h' aīo
lamētor. Cū
res aduerſe
ſint cū ɔſide
rate fuerit. i.
cū haꝫ pecu
nie fuerit. im
probro ſiem
apd̄ prēm. ſ.
Si hoc celet͛
in metu: ſin
quarta: cū ꝓ
poſuiſſet ſi h'
celet͛ intulit
ſin patefit.
Argētū
accepi.
Iactā-
tia hic iducit͛
phormionis
et quaſi oīs
peruiſ
ſceleret͛. Pro-
pria ea phe-
dria. Vir. i. i.
Virgili' Cōnubio iū
gā ſtabili pp
amqꝫ dicabo
Viciſſiꝫ ptes
tuas acturuſ
eſt: ſm illud
quod dictū.
Reddūt ope
ras mutuas

Ch. Quid ni? De. iſta maneāt. C. ſic. De. re igit͛ tibi
Liber nauſiſtrata. Na. ſic pol cōmodius eſſe in oēs
Arbitror q̄ꝑ vt cepas manere hāc nā pliberal' viſa ē
Quū vidi michi. De. q̄ iſtuc negocij eſt? Ch. iaꝫ ne
Opuit hoſtiū? de. iā. Ch. o iupiter dij nos reſpiciūt
Gnatā iueni nuptā cū tuo filio. ge. hē quo pacto id
Potuit. ch. nō ſatis tut' ē ad narrādū hic loc'. D. at
Tu itro abi. Ch. ei' ne filij q̄dē nr̄i hoc reſciſcāt volo

Antipho Adoleſcēs.

Letus ſum vt mee res ſeſe hn̄t fratri obtigiſſe
Quod vult quā ſcitū eſt ſemp hmōi parare
In aīo tales cupiditates: qb' cuꝫ aduerſe res
Siēt paulo mederi poſſis. hic ſimul argētū vt repit
Cura ſe expediuit ego nullo mō poſſū remedio me
Euoluere ex his turbis: qn ſi hoc celet͛ patri i metu
Sin patefit i probro ſiē: neqꝫ me domū nūc recipē
Niſi mihi eſſet ſpes oſtentata huiuſce habende
Sed vbi nam getam inuenire poſſim: vt rogem
Quod tēpus ɔueniēdi patris me capere pſuadeat

Phormio Antipho.

Argentū accepi tradidi lenoni abduxi mulierē
Curaui propria ea phedria vt potiretur. nam
Emiſſa eſt manu. nūc vna res mihi etiā reſtat. q̄ eſt
Cōficiūda ociū ab ſeniu' ad potandū vt habeā nā
Aliquot hos ſumā dies. an. ſꝫ phormio adeſt quid
Ais? ph. quid? an. quidnā facturus phedria quonā
Pacto ſacietatē amoris ait ſe velle ſūere? ph. viciſſiꝫ
Partes tuas acturus ē? an. q̄s? ph. vt fugitet patreꝫ
Te ſuā rogauit rurſuꝫ: vt ageres cāꝫ vt ꝓ ſe diceres
Nā potaturus eſt apd̄ me ego me ire ſenib' ſumū
Dicā ad mercatū ācillulā ēptū dudū quā dixit geta
Ne quū hic nō videāt me ɔficere credāt argētū ſuū
Sꝫ hoſtiū ɔcrepuit abs te. A. vide q̄s egrediat͛. P.

Geta Antipho Phormio    geta eſt

O fortuna: o fors fortuna q̄tis cōmoditatibus
Quā ſubito hero meo antiphoni ope veſtra

Hũc honoraſtis diē. An. quidnā hic ſibi vult.
Ge. noſq; aicos eiꝰ exoneraſtis metu ſ; mihi nũc
Ceſſo q̄ nō humerꝫ hũc exonero pallio atq; hoiēs
Propero iuenire vt hec q̄ ꝯtigerunt ſciat. an. nō tu
Intelligis q̄d h̄ narret: Ph. n̄ tu: An. nihil. P. tm̄ dē
Ego. Ge. ad lēonē nũc ire ꝑgā ibi nũc ſũt: A. heus
Geta. A. hē tibi nũ mirꝫ āt nouũ ē r̄uocari curſum
Quũ īſtitueris. An geta. ꝑgin hercle nũq̄ tu odio
Tuo me vices. An. n̄ māes. G. vapulab̄. A. id q̄dē
Tibi iā fiet niſi reſiſtis v̄bero. G. curialis v̄nula ē
Qui me vocat familiariorē optet eſſe hũc q̄ minat̄
Malũ ſ; is ne ē quē q̄ro an nō: ipē ē. Ph. ꝯgredere
Actutũ. An. q̄dē: Ge. oim q̄tũ eſt q̄ viuāt hoim hō
Honoratiſſime nā ſine ꝯtrouerſia a dijs ſolꝰ diliger̄
Antipho. A. ita veli: ſ; q̄d iſtuc credā eē ita dici mihi
Velim. G. ſatin eſt: ſi te delibutum gaudio reddo.
An. enecas. Ph. Qui tu hic pollicitatōeſ auferꝛ qd̄
ꝯfers cedo. ge. oh. tu qꝫ aderas phormio. P. aderā
Sꝫ tu q̄d ceſſas: Ge. accipe hē vt mō argentũ tibi
Dedimꝰ apd̄ forꝫ recta domũ ſumus ꝑfecti. interea
Mittit herꝰ me ad vxorē tuā. An. q̄obrē. G. omitto
Prolog̃: nā nihil ad hāc rē ē ātipho. vbi ī gyneceũ ir̄
Occipio: puer ad me occurrit mida pōe me apphē
Pallio: r̄ſuſpiat: r̄ſpicio: rogo q̄obrē retieat me dit
Ait eē vetitũ itro ad herā acceder̄. ſophrōa mō frēꝫ
Huc inq̄t ſenis itroduxit chremetē: eũq; nũc eē irꝰ
Cũ ill̄. hꝰ vbi audiui ad foreſ ſuſpēſo gradu placid̄
Ire prexi: acceſſi: aſtiti: aiaꝫ ꝯpſſi aurē admoui: ita
Aim cepi attēdere hoc mō ſermonē captans. an.
Euge geta. Ge. h̄ pulcerrimũ facinus audiui itaq;
Hercle pene exclamaui gaudio. an. qd̄: Ge. qd̄ nā
Arbitrare: an. neſcio. Ge. atq̄ mirificiſſimũ patruꝰ
Tuꝰ eſt pr̄ iuētus phanio vxori tue: an. hē q̄d ais:

Te ſuā rogauit rurſuꝫ vt ageres ꝑteꝫ: iteꝝ ſubaudinꝰ: ꝛ eſt ꝯeugnia aſupior̄
O fors fortũa. Fortuna dctā eſt īcerta re. fors fortuna euētꝰ fortũe bonus. fors fortũa aliud fortũa ē: aliō fors fortuna. Nā fors fortuna eſt cuiꝰ diē feſtũ colũt q̄ arte alīq̄ viuũt. huiꝰ edes trās tyberim ē. Hũc onero pallio r̄cte q: palliata fabula nō togata. Pergit hercle: ꝑt diſtingui hic ꝑgit ꝛ ꝯiũcte legi hercle. Nunq̄ tu hodie me vices vapulab̄ idē. Id q̄dē iā fiet: id qd̄ ſibi dici audiuit mitat̄: ꝛ ꝯuenīes error ſeſtināſtis. Sine cōtrouerſia: ſine ābiguitate. Si te delibutuꝫ gaudio r̄ddo ad aīm tranſtulit: qd̄ eſt corporis. nā delibutus vnctus dicit̄. Ut mō argumentũ: vide narratiōem ceptam vnde opus eſt. Mittit herus me ad vxorem tuam: cōuerſus ad Antiphonem hoc dicit. Pulcherrimũ facinus. a. huiuſmodi locos poete actoribus indulgent: quod in his auctoris eſt cōmendatio.

fors fortuna

Ge.Cū eius ꝯſueuit olim matre in leno danculū.
Ph.Sōniū:vt in hec ignoraret prēz ſuū. Ge.aliq̇d
Credito phormio eſſe cāe:ſʒ me cēſem potuiſſe oia
Intelligere extra hoſtiū:itus q̄ inter ſe ipſi egerit:
Ph.atqꝫ hercle ego quoqꝫ olim audiui iſtā fabulaʒ.
Ge.imo etiā dabo quo magis credaſ.patru⁹ iterea
Inde egredit̃ foras haud mlto p⁹cū prē:ide r̄cipit
Se itro denuo.ait vterqꝫ tibi ptātē eius habende
Dari:deniqꝫ ego ſum miſſus vt te requirerē:atqꝫ
Adducerē.an.hē q̇n g⁹ rape me.q̇d ceſſaſ:g.fecero
An.O mi phormio vale.Ph.vale āntipho:bn̄ ita me
Dij amēt factū:7 gaudeo tātā fortunā de iprouiſo
Eē his datā:ſūma eludēdi occaſio ē mihi nūc ſeneſ
Et phedrie curā adimere argētariā:ne cuiq̄ ſuoꝝ
Aeq̄liū ſupplex ſiet.nā idē hoc argētū:ita vt datū ē
Ingratis his datū erit.hoc q̄ agā re ipa reperi.nūc
Geſt⁹ mihi vultuſqꝫ ē capiēd⁹ nou⁹:ſʒ hinc ꝯcedā
In āgiportū h⁹ primū.īde hiſce oñdā me vbi erūt
Egreſſi foraſ q⁹ me aſſimulatā ire ī mercatū nūc eo

¶Demipho:Phormio Chremes.

DIis magnas merito grās hēo atqꝫ ago q̄n
Hec nob̄ frater ꝓſpere euenere. q̄tum pōt
Cōueniendus phormio eſt priuſq̄ dilapidet nr̄as
Trigita mīas vt auferam⁹.P.demiphōez ſi ē domi
Viſam vt q̇d. De.nos ad te ibamus phormio.P.
Credidi.q̇d ad me ibatis ridiculū:an.vebami ne
Nō id facerē qd̓ recepiſſem ſel:heus heus q̄tūcūqꝫ
Eſt hec mea pauptas:tm̄ adhuc curaui vnum hoc
Quidē vt mihi eēt fides.C.ē ne ita vt dixi libalis:
De.oppido.Ph.idqꝫ ad vos vēio nūciatū deipho
Paratū me eē vbi vultiſ vxorē dare.nā oēs poſt hūi
Res mihi ita vt par fuit poſtq̄ tātope id vos velle
Aīm aduerterē.De.at h̄ dehortat⁹ ē me ne illā tibi
Darē.nā q̄ erit rumor ppli inq̄t ſi id feceris oliʒ cū
Honeſte poterat.tū nō ē data.nunc viduā extrudi

Salustius

Patru⁹ tuus pr̄ eſt īmuēt⁹ Phanio vxori tue:vt Salu. ī pmio.Liberis ei⁹ auūcul⁹ erat. Atqꝫ hercle ego q̄ illā audiui fabulā Plautus in milite gl̄ioſo. Nā h̄ colūnatiʒ poete eē mā diui barbaro. Curā adimere argētariā. varietas ꝓlu dēdi adimēdi occaſio ē.

PRiuſq̄ dilapidet:diſperdat.viſaʒ vt qd̓:Apoſi opeſis ſcda. Ne nō id facerē qd̓ recepiſſem ſemel et dcē ad me vt ī Heautō. Nō ad meretricem faciet adhuc curaui addidit adhuc:cū potuiſſʒ ſine h̄ itegr ſenſus eē Que tute duduʒ corā me incuſaueras noua locutō corā me īcuſaueras:nō q̄ hūc me incuſaueraſ corā me īcuſaueras belle:vexſi quid ne

neget ꝯ ſcipm ſentire videat̄. Satin ſupbe illuditis me. ⁊ dtm̄ ⁊ actm̄ caſū regit illudo. rurſuſ iube reſcribi Phormio: reſcribi reddi ſeu p mēſe ſcripturā. Iube reſcribi qm̄ ad nūeratoꝝ pecūie añcedit ſcriptura. Reſcribere dicebāt p renūcrare ⁊ ſic īfert ne ego p̄ſcripſi: porro illi qb' debui. h̄ eſt ḡ figura in q̄ ſcḋa de primis ſignificātiā ſumūt. iube reſcribi p ſcripturā i. p mēſe ſcripturā dari. vñ hodie dat̄ cirographꝰ domo ex actis ne mēſe ſcriptura. ne ego p̄ſcripſi mihi p ſcripturā r̄d di mihi dedi vt apud Uir. Dedit h̄ ſubito troiana p agmia rūor. q̄n tu mihi argētū cedo h̄ ab vtroqꝫ cū clamor̄ dici accipiēdū ē. In iuſ ambula ad iudicē ean'. ſ. tā iuſ p loco ē. Cicero. q̄n te i iure ꝯſpicio. enīuero ſi porro odioſi eē vultu iuuādū ē ⁊ pnūciatiōe h̄ tā minaciter ſuſpēdit enīuero. Enimuero pncipiū ē aliq̄d p iram dicturi. h̄ tuz al' ex alia pte enīuero h̄ ferret ⁊ ferre dotati ablatio: vt i eunucho. hēo alia mihi q̄ nunc ꝯdonabunt. idotati h̄ ē vt phāio ēt dotati ſoleo. vt nauſiſtrate. nul' ſuz pij. mortu' ſū ſepult' ſū. aute ſis: nā pi' eſt

Turpe eſt ferme eadē oīa q̄ tute dudū corā me
Incuſaueras. Phor. ſatin ſupbe illuditis me. De. q̄r
Phor. rogas qꝛ nec alterā quidē illā potero ducere
Nā quo redibo ore ad eam quam contempſerim.
Chr. tum aūt antiphonem video a ſe ſe amittere
Inuitū eam inique. De. tum aūt video filiū inuitū
Sane mulierē ab ſe amittere. ſed tranſi ſodes ad
Forū atqꝫ illud mihi argentū rurſum iube reſcribi
Phor. phor. qd̄ ego ne pſcripſi porro illis quibus
Debui. De. quid igit̄ fiet. Phor. ſi vis mihi vxorē
Dare. quā deſpondiſti ducā ſin eſt vt veliſ manere
Illā apud te dos h̄ oīs māeat demipho. nā nō eſt
Equū me ꝑpter vos decipi p̄ſertim cū ego veſtri
Honoris cā repudiū alteri remiſerim: que dotis
Tātūdē dabat. De. I hinc in malā rem cum iſtac
Magnificētia fugitiue ēt nūc credidiſti te ignorarier
Aut tua facta adeo. Ph. irritor. De. tu ne hāc duceres
Si tibi data eēt. Phor. fac piculū. De. vt fili' cū illa
Habitet apud te. hoc veſtrū ꝯſilium fuit. Phor. q̄ſo
Quid narras. De. q̄n tu argentū mihi cedo. Phor.
Immo vero tu vxorē cedo. De. in ius ambula
Phor i ius enīuero ſi porro odioſi eē pgitis. De.
Quid facies. Phor. ego ne vos me idotatis mō
Patrocinari fortaſſe arbitrami etiā dotatis ſoleo
Ch. q̄d id nr̄a. Pho. nihil hic quādā norā cui' vir
Uxorē. Ch. hē. De. q̄d eſt. Pho. lēni hūit aliā. Ch.
Nullus ſum. Pho. ex qua filiā ſuſcepit. ⁊ eam clam
Educat. Ch. ſepultus ſum. Pho. hec adeo illi iam
Denarrabo. De obſecro. Ch. ne facias. Ph. oh tu

Uir.

Cicero

nullus ſum q̄ p̄ij. Quid vis tibi argentū qd̄ habes condonamus tibi: vis iterum ſubaudiendū eſt vt ſit vis argentum qd̄ habes ⁊ eſt Aſyntheton inferendū. Condonam⁹ tibi: ſic eſt illud apud Vir. Vultis ⁊ hic mecū pariter conſidere regnis. Vrbē quam ſtatuo vr̄a eſt. Malum ergo ſic ludificamini: malū aduerbiū eſt interpoſite indignationis. Volo: nolo primo ſingula ſeparatim deinde ſimul vtraqꝫ pronuncianda ſunt. Animo virili a neceſſario adhortatur. Noſtro vlciſci modo ingenio frui. Hi gladiatorio aīo parato ad piculū hoc eſt ita pdito ac temerario vt non ſibi caueant dummō vulnerēt: vt Saluſtius. Auidius alter alterum ſauciare q̄ ſemet tegere. ad me affectāt viā: affectant viā plenū quod nos eclypticos. vt placari poſſit. vt pene non. cū e medio exceſſit: p q2 exceſſit. ⁊ additū ⁊ ad rōnem dici comicū eſt. Aſtute aggredimini ironia ⁊ ppe aggredi. accedere ad dimicandū eſt bene q̄ ſeruauit trāſlatōz a gladiatoribus captam Ain tu mō ad Chremetem cum inuectione cōuerſus eſt,

Vir.

Saluſtius

Ne is eras? De. vt ludos facit. Chre. miſſum te
Facimus. Ph. fabule. Ch. quid vis tibi?
Argentum quod habes condonamus
Ph. audio quid vos malum ergo me ſic
Ludificamini inepti? veſtra puerili ſententia
Nolo volo volo, nolo. rurſum cape cedo
Quod dictum indicium eſt
Quod mō erat ratum irritū eſt. Ch. quo pacto
Aut vnde hic hec reſciuit? De. neſcio niſi me
Dixiſſe id nemini certe ſcio. Ch. monſtri. ita me
Dij ament ſimile. Ch. inieci ſcrupulum. De.
Hem hiccine a nobis tantum argenti
Auferat tam aperte irridens emori hercle
Satius eſt aīmo virili preſentiqꝫ vt ſis para. vides
Pctm̄ tuū iā eē elatū foras neqꝫ iam id celare
Poſſe te vxorē tuā nunc qd̄ ipſa ex alijs auditura
Sit chremes id noſmet iudicare ipſi placabili⁹ eſt.
Tunc hunc impatū poterim⁹ nr̄o modo vlciſci
Ch. at at niſi mihi pſpicio hereo. hi gladiatorio aīo
Ad me affectāt viā. Ch. at vereor vt placari poſſit.
De. bono aīo es ego redigam vas in gratiam hoc
Fretus chreme. cum de medio exceſſerit vnde hec
Suſcepta eſt tibi. Ch. ita ne agitis mecū? ſatis me.
Aſtute aggredimini. non hercle ex re iſtius me
Inſtigaſti demipho ain tu tandē vbi peregre tibi
Quod libitū fuit feceris. neqꝫ huius ſis veritus
Femine primarie. quin nouo modo ei faceres
Cōtumelias. venias nunc mihi pcibus lautum
Peccatum tuum. hiſce ego illam dictis ita tibi

Lautũ peccatũ tuũ: vt lauem. vt maculaȝ. Lachrymis ſi extillaueris. extillare eſt guttare ex corpore. ⁊ extillare ipm corpus guttatim finiri. ergo quaſi totũ in lachrymas cõuerti. et ex toto extillare corpore. Publicit⁹ ſcelus. i. publica cura atq̧ conſilio. In ſolas terras. ſignanter Virgi. Parthoꝝ ⁊ ſolis exegit mõtibus euum. Et Salu. in. i. Solis vijs. In ius eam⁹. ad pretoris ſellã. modo eni locum ſignificar. In ius huc quid iubet. apparet paſitũ ad domum ſenis Chremetẽ ñ ad forũ abſtrahere litẽ.

Extillare
Virg.
Saluſtius

Incenſam dabo: vt ne reſtringas lachrymis
Si extillaueris. De. malũ: qđ iſti dij deeq̧ omnes
Duint. tanta ne affectũ queq̃ eſſe hominẽ
Audacia: nõ ne hoc publicitus ſcelus huc
Deportarier in ſolas terras. Chr. in id redact⁹ ſũ
Loci: vt quid agam cũ illo. neſciam prorſus
De. ego ſcio. in ius eam⁹. Ph. ĩ ius huc ſiqđ libet
De. Aſſequere. ac retine dũ ego huc ſeruos euoco
Chr. eteni ſolus nequeo accurrere huc. Ph. vna
Iniuria eſt tecũ. De. lege agito ergo. Ph. altera
Tecũ chreme eſt. De. rape hũc. Ph. ita ne agitis
Eniuero voce eſt op⁹. nauſiſtrata exi. Ch. opprime
De. Impurum vide quantũ valet. Ph. nauſiſtrata
Inquam. C. non taces. Ph. taceam. D. niſi ſequif
Pugnos in ventrem ingere. vel oculum exclude
Ph. eſt vbi vos vlciſcar locus

Nauſiſtrata. Chremes. Phormio. Demipho.

Quis noiat me: Chr. hem. Na. quid iſtuc
Turbe eſt obſecro mi vir: Phor. hem quid
Nũc obticuiſti: Na. q̇s hic hõ eſt: non mihi
Reſpondes: Phor. hiccine nunc tibi vt reſpondeat
Qui hercle vbi ſit neſcit: Chr. caue iſti q̇cq̃ credas
Ph. Abi tange: ſi non totus friget: me eneca
Chr. nihil ẽ: q̇d ergo ẽ: qđ iſtic narrat: Ph. iã ſcies
Auſculta. Ch. ꝑgin credere: Na. q̇d ergo obſecro
Huic credam: qui nihil dixit: Phor. delirat miſer

Enim ſolus pro at poſſin: vt turbatum oſtẽderet: ſic alibi. Enim non ſinam. Vna iniuria eſt. i. actio iniuriarũ ex lege alia quaȝ feciſti dotate vxori. Lege agito ꝙ lege agito diceba tur ei cui⁹ intentio cõtentibilis aduerſario videbatur Plautus in Aulularia Lege agito: ei cenam coque Pugnos in ventrẽ ingere: vrbane in ventrem: quaſi paraſito: an ventrẽ totũ paraſitum dicit: vt Lucili⁹ i ſcđo Viuite clauones come dones viuite ventres. An ſimplicit: q̇a q̇ reſiſtit ne ſe quatur collo trahentẽ abtorto ore padũ ſe facit: ⁊ ventrẽ proijcit cũ in ventre feritur curuatur et ſequif.

Plautus
Lucilius

Quis noiat me h velut ꝯtrouerſia ẽ ĩ q̃ re⁹ſit marit⁹ male tractatiõis: ⁊ ẽ ſtat⁹ q̃litatĩ veniał. Delirat, m, t. g. vtrũq̧ ⁊ delirat ⁊ timore, Nã ꝺliratio ſenectuti ꝑueĩt; timor ꝯſcie.

Mi hō dij meliꝰ diunt: querit, phꝰ an matrona tā familiariter mi hō recte dicat alieno: ſed fruſtra. nā feminaꝝ oratio eſt: et ſi nō blandit' blanda eſt. Ubi mihi, eleganter incertū: mihi vt in Heauton. Js mihi vbi abibit plus paulo ſua ꝗ narrat facinora. Ad vxores ventū eſt tū fiūt ſenes: eleganter fieri dixit: ⁊ generaliter iudioſiꝰ ꝙ ſi vnū accuſaret ſenē. Ego Nauſiſtrata qualitas venialis a ꝯceſſa actiōe. Uerba fiunt mortuo: nō eſt paſſus paraſitus; vt totam ſentētiaꝫ ſenex explicaret. Nā neqꝫ negligētia tua: neqꝫ odio id fecit tuo. locus in hac cauſa ꝑncipalis eſt.

Timore. Na. nō pol temere eſt ꝙ tu iam times
Ch. Egon timeo? Pho. recte ſane qn̄ nihil times
Et hoc mihi ē qđ ego narro: tua narra. De. ſcelus
Tibi narret. Phor. eho tu factum eſt abs te ſedulo
Pro fratre. Na. Mi. vir non mihi narras? Ch. at.
Nau. quid at? Ch. non opus eſt dicto. Phor.
Tibi quidem: at ſcito huic opus eſt in lēno. Ch.
Hem quid ais? non taces? P. clam te. C. hei mihi
Phor. vxorem duxit. Na. mi. hō dij melius diunt
Phor. ſic factū. Na. perij miſera. Ph. ⁊ inde filiam
Suſcepit iam vnā dū tu dormis. Ch. ꝗd agimus?
Na. Proh. dij imortales facinus miſerādū ⁊ malū
P. hoc actū eſt. Na. an ꝗcꝙ ē hodie factū idignus
Quā mihi vbi ad vxores vētū eſt tum fiunt ſenes
Demipho te appello: nā me cum hoc ipo diſcedet
Loꝗ. heccie erāt itiones crebre ⁊ māſiōes diutinē
Lēni. heccine erat ꝗ minuebat nr̄os fructꝰ vtilitas?
De. ego nauſiſtrata eē i hac re culpā meritā n̄ nego
Sꝫ eam ꝗ ſit ignoſcenda. Ph. verba fiunt mortuo
De. nā neqꝫ negligētia tua: neqꝫ odio id fecit tuo
Uinolētus fere ab hīc ānos ꝗndecim mulierculāꝫ
Eā cōpreſſit vn̄ hec nata ē neqꝫ illā poſt attigit ea
Mortē obijt. e medio abijt ꝗ fuit i hac re ſcrupulꝰ.
Quāobrē te oro vt alia tua facta ſūt equo aīo hec
Feras. Na. ꝗd ego equo aīo cupio miſa i hac re iā
Defungier. ſꝫ ꝗd ſperē. etate porro minꝰ peccaturū

et ideo i duo diuiſit: nec negligentia circa te: nec odio inquit factum. Preterea et preſto addidit defēſionē. Uinolentꝰ ab etate eiꝰ a tpe criminis: a diminutiōe: cōtēptuqꝫ pellicis: ab euētu ab animo faciētis: ꝙ mortua ē poſtremo ⁊ pcibus ⁊ perilogum qđ fecit admonēs illā oratorie māſuetudinis ſue. Uinolētꝰ ab imprudētia ꝯfenſio. Ab hinc annos. xv. a tpe defenſio. Eā cōpreſſit: qđ interdū eſt nō amoris: ſꝫ iiurie: ⁊ nō attigit poſtea ita facti penituit. Equo animo vt feras hic locus eſt. i. quod futurum ſit. facilius enim ignoſcitur non vltra peccaturis. Defungier: defungi deſinere. Porro minus: quia dixit ab hinc annos quindecim.

Phormio



Senectus ſi verecundos facit:modeſte ꝛ grauiter.Quid mihi hic aufers.callidiuſ vſa eſt ad vltimum conuerſa ad ipſum defenſorem mariti.Quid mihi hic afferſ de qua vi contradictionis exultat paraſitus tanq̄ confecto mortuoq3 aduerſario ſuo.Exequias Chremeti:bono ordine.primo delirat miſer timore poſt verba fiunt mortuo.ad vltimum exequias Chremeti delirat moritur ꝛ feratur.Age nunc Phormionem qui volet laceſſito. Vir. Degeneremq3 neoptolomū narrare memento. Vir.
Faxo tali eum mactatum ſummo:p eo qđ eſt eum:ſic frequēter veteres.Ennꝰ Dēs corđ fra trem ꝑbent:animoq3 benigno circūfuſum. Ennius
Ignoſce:orat ꝯfiteꝝ. purgat verba venialis ſtatꝰ ſunt ignoſce ꝯfitetur.Tu tuu3 nomē dic bñ dicit tuū.pro noīe vrīꝝ: q2 nō hȝ nomē nā potētiorū blādimentū circa īferioreſ ħ fuit vt nomē eoꝝ q̄rerēt ꝛ cū audiſſent ipīs noībus eos cōpellarēt ſtatī tale ē ī Adelphis.q̄ vocare geta hoīe3 maximi p̄cij:ꝛc.Vr̄e familie.hoc ꝓpꝫ Antiphōis amicitiā dixit amicꝰ.Et tuo ſūmꝰ phedrie amicus

Putē.iā tū erat ſenex.ſenectꝰ ſi verecūdos facit.an
Mea forma atq3 etaſ nūc magiſ expetēda ē dēipho
Quid mihi afferſ q̄obrē expetē aut ſperē porro nō
Fore.Phi exeq̄as chremeti q̄bꝰ ē cōmodū ire iā tpſ
Eſt ſic dabo age nūc phormionē q̄ volet laceſſito.
Faxo tali ſit mactatꝰ.atq3 hic eſt infortunio.redeat
Sane in gratiā.iam ſupplicij ſatis eſt mihi.h3 hec
Ei qđ dū viuat vſq3 ad aurē obgāniat Na.an meo
Merito credo.qđ ego nūc cōmemorē tibi ſigillatī
Qualꝰ in iſtū nūc fueri:De.noui eq̄ oia tecū.Na.
Meritō hoc mō videꝝ factū:De.mime gētiū verū
Qñ iam accuſando fieri infectū nō pōt.ignoſce
Orat.cōfiteꝝ.purgat.quid vis amplius:Phor.
Eniuero priuſq̄ hec det veniā mihi ꝓſpiciā.ꝛ
Phedrie.heus nauſiſtrata priꝰ q̄ huic rñdeas
Temere audi.Na.qđ ē:Phor.ego mias triginta ꝑ
Fallaciā ab iſto abſtuli.eas dđi tuo gnato.is pro
Sua amica leoni dedit.Chr.hē q̄d ais:Na.adion
Hoc idignū tibi videꝝ filꝰ hō adoleſcēs ſi habet
Unā amicam.tu vxores duas nihil pudet.quo ore
Illū obiurgabis rñde mihi:Ch.faciat vt voles.
Na.imo vt meā ſcias iam ſnia3.neq3 ego ignoſco.
Nec promitto quicq̄.neq3 reſpondeo priuſq̄3
Gnatū videro.eius iudicio permitto oia.quod
Iubebit faciā.Phor.mulier ſapiēs es nauſiſtrata.
Na.ſatin tibi ē:Phor.imo vero pulchre diſcedo.
Et probe ꝛ p̄ter ſpē.Na.tuū nomē dic qđ eſt:Ph.
Mihin:phormio vr̄e familie hercle amicus ꝛ tuo
Sumꝰ phedrie.Na.phormio at ego ecaſtor poſt
Hac tibi q̄ potero.ꝛ q̄ voles faciā.atq3 dicā.Phor.

Benigne dicis. Ma. pol meritū eſt tuum
Phor. vin primū hodie facere qd̄ ego gaudeam
Nauſiſtrata et qd̄ tuo viro ocli doleant? Na. cupio
Phor. me ad cenam voca. Nau. pol vō voco
Phor. eamʼ intro hinc. Nau. fiat ſed vbi eſt
Phedria iudex noſter? Phor. iā hic faxo aderit
Valete et plaudite calliopius recenſui.

Acta ludis romanis Sexto Julio Ceſare Gn.
Cornelio edilibʼ currulibʼ nō ē pacta tota mōſ fecit
Flaccʼ Claudij tibijs pibus Gn. Octauio. T.
Mālio ꝯſu. Relata eſt itez ludis funebribʼ relata ē
Tertio. Q. Fuluio. L. Marco edilibʼ currulibus

## Argumentum

Vxorē duxit pāphillʼ philomenā. cui quōdā
Ignorās vgini vitiū obtulit. eiuſqꝫ p vim
Quē detraxit anulū dederat amice bachidi
Meretricule. deidē p fectʼ i imbꝝ eſt. nuptā haud
Attigit. hanc mater vtero grauidā ne id ſciat ſocrʼ
Ut egram ad ſe traſfert. reuertitur pamphilus.
Deprehēdit. partū celat. vxorē tn̄ recipe noluit. paṫ
Incuſat bachidis amorem. dum ſe purgat
Bachis anulum mater vitiate forte agnoſcit
Mirina. vxorē accepit pamphilus cum filio.

Aelij Donati grāma. Clariſ. i. P. Sexti Terētij
Afri Ecyrā examinata interpretatio.

iterum ſubaudiendum V. in primū hodie facere facere ex perſona paraſitica beneficij optio facta ē quod promiſerat mulier Sed vbi eſt iudex: bene iudex. ad illū em̄ mulieris illata ſententia eſt. vt cuz ita agitur tuta ſint marito omnia: et per ironiam ridicule dicit ea ꝗ iratā erat. Judex noſter: nihil facetiuſ ꝙ iudicem capi aduerſus crimen voluptatiſ paterne ⁊ amatorem filium ⁊ fratrem Antiphonis: cui nubet furtia filia. Judex noſter terribilis. ſcꝫ cenſor paternaꝝ delitiarum. Vides igiṫ hic conſultā vxoris iracūdiam.